

quæ apud sanctissimum dominum nostrum et sacrum collegium fieri oportere visa sunt, nullum veri christiani et rerum vestrarum amantissimi officium omisi; et puto jam vestrum mare classem illam navigare, quæ, junctis simul viribus, non vereor, nisi adversa tempestas obstiterit, quin hostilem classem facile sint in alto profligatoræ. Quod si potentissimus Pannoniæ rex cum suis copiis, contra turcas tanto tempore adsuētis, ut pollicitus est, accedet, nedum vestra et christianorum reliqua ab hostium injuria tuta relinquentur, verum et de hostibus ipsis certam poterimus victoriam sperare, christianos omnes principes, ut se ad eandem expeditionem accingant, proximo futuro anno, provocaturam. Ad quam, urgente christianorum discrimine, 340 sedisque apostolicæ auctoritate eflagitante, excitabit etiam eos exemplum catholicorum regis et reginæ Hispaniæ, a quibus cum sola decima beneficii in christianorum subsidium missa sunt ad XVI millia militum electorum; eadem ex decimis pecunia mittet serenissimus romanorum rex XX millia militum, totidemque christianissimus rex francorum, pariter et Hungariæ. Sequentur, et ad id eos, Poloniæ rex cum X millibus, Daci VI millibus, Angliæ XII millibus, Portugalliæ VIII millibus, excellentia vestra XX millibus, alii vero Italiæ potentatus XV millibus. Sanctissimus dominus noster, cum sacro collegio, parandæ classi non deerit æque suis viribus, et si magis usui fore videbitur, eam pecuniam militibus unius aut duarum nationum pendere, illis erogabitur. Quæ omnia sic per hiemem diligenter paranda erunt, ut nostri, adveniente vere, per Apolloniam et Bossinam vel Belgradum, itinere terrestri, maritimo vero per insulas propinquiores, sint hostes invasuri. Itaque duos semper exercitus terrestres non procul absint ab maritimo, vocatis etiam Græciæ antiquis possessoribus christianis, si qui sunt, quorum præsentia provinciales ad defectionem a turcis facilius impelli possint. Quibus agendis, unus aut duo christiani principes præficiantur, vel singulæ provinciæ destinent duces suos, qui de sententia trium legatorum sedis apostolicæ, qui sint iis tribus exercitibus præfuturi, omnia gerant, et apostolica auctoritate bellum auspicentur et prosequantur, recuperataque oppida vel civitates restituant, ultimo spoliatis; quæ vero incertæ possessionis reperta fuerint, illis ea tradant qui ea prius coeperint et intraverint, si modo ad ea tenenda tales habebuntur, qui illa tueri per se possint. Ea omnia supra fidem desidero, et, Deo adjutore, brevi spero successura. Christiani modo simul sentiant, ac simultates omnes ponant, unde, quot antea

vidimus calamitates, profectæ sunt; in quibus omnibus exemplaris excellentiæ vestræ auctoritas maximo est futura adjumento. Quam obsecro, ut pro summa sapientia ac rerum magnitudine, quibus maxima sæpe bella confecistis, nunc magis ac magis vires intendatis, invictoque vos animo esse semper ostendatis; nam ut hoc uno bello tota res christiana oppugnatur, haud dubium est principes omnes opem propere adlaturos. Et felicissimè valeat excellentia vestra.

Romæ, XX septembris MD.

Subscriptio: Excellentissimæ vestræ excellentiæ deditissimus

B. cardinalis SANCTÆ †.

A tergo: Illustrissimo principi ac excellentissimo domino duci Venetiarum.

*A dì 29 septembrio, fo San Michiel. Da matina 340** fu fato gran conseio, justa il consueto; et accidit che domino Marsilio Angusolo, fradello dil castelan olim di Sonzin, che fo fato zenthilomo nostro, venuto a conseio, e fo il primo di vi venisse, tochè ballota d' oro, e falite.

Item, fu posto per li consieri la parte di far la zonta, secondo el solito, a do per caxada. Ave 5 non sincere, 61 di no, 979 de sì.

Et in colegio si reduse el principe con li savij, et li fo comunichato la venuta di pre' Lucha qui, et le parole usate zercha il re di romani; et cussi in consonantia fo scritto in Frauza.

Vene il signor Carlo Orssini, solicitando haver danari di quello ha livrato, *maxime* qualche parte; si vol levar e andar via. Per el principe li fo dato bone parole, et ditto si faria.

Et fo visto il modello di la terra di Corfù e castelli, in caxa dil principe, mandato qui per sier Lucha Querini, provedador di Corfù, et con Piero Pessina, contestabele, et Zuan Grimaldo, fradello di Piero Grimaldo. Et mostrono l' opiniom dil provedador, ch' è contraria a quella dil Coltrin, qual vuol fortificar la citadella *etc.*; et lui provedador voria il fosso da terra, ch' è largo passa 27, longo da mar a mar, passa 31, et farli in mezo certe case mate; butar zoso alcune torre *etc.*; scarpas certa parte dil monte; far un pozo da una parte di la terra *etc.* Et è da saper, alcuni laudò questa opinion, altri biasemò. Et par che sier Alvixe Venier, qual fo baylo a Corfù, e ritorna provedador, disse voler far una opera e l' altra, che tutto si pol pre-